

et HS n. CCICD in publicum pro duomviratu. | Secundo duomviratu quinq. Apollinaribus in foro | pompam, tauros, taurarios, succursos, pugiles | catervarios⁶; poster. die solus in spectaculis athletas | par. XXX glad. par. V, et gladiat. par. XXXV et | venation. tauros taurocentas apros ursos | cetera venatione varia cum collega. | Tertio duomviratu ludos factione prima⁷, adiectis acruamatis cum collega.

Clodia A. f. hoc monumentum sua impensa | sibi et suis.

In ruinis Pompeiorum rep. (X 1074 semel descripta saec. XVII). — 1) Cf. N. 3544 not. 2. — 2) Decreto decurionum. — 3) Cf. N. 5198 (not. 3). — 4) Duovir iure dicundo ter, quinquennialis. A. Clodius Flaccus praeterea memoratur X 795. 890; ex X 890 elucet eum tertio duovirum fuisse anno a. u. c. 751/2. — 5) Cf. N. 5176 not. — 6) Cf. N. 5185. 5197. — 7) Cf. VIII S. 20988 v. 6 (?).

5054 . . . Veratio A. f. Pal. Severiano | equiti Róm., cur. rei p. Tegianensium, ádlectó in órdir. | decurió.¹, cívi amantissimó, qui cum privilegió sacerdoti Caeninensis² munitus potuisset ab honorib. et munerib. | facile excusari, praépositó amore patriae et honorem aedilitat. | laudabiliter ádministravit et diem felicissim. III id. Ian. natalis | dei patri n. venatióne pass.³, denis bestis et IIII feris dent.⁴ et IIII paribus | ferró dimicantib. ceteroq. honestissim. apparatu largiter exhibuit. | Ád honorem quóque duumviratus⁵ ád cumulandá munera patriae | suae libenter accessit. Huic cum et populus in spectáculis adsidue | bigas statui postulasset et splendidissim. ordó meritó decreviss., | pró insita módestia sua unius bigae honore cóntent. alterius | sumptus réi p. remisit. L. d. d. d. c. i.⁶

Neapoli in ecclesia S. Iohannis, nescio ex qua civitate (cf. not. 5. 6) eo advecta (X 3704 saepius descripta saec. XVI). — 1) Eius civitatis in qua lapis positus fuit. — 2) Cf. supra N. 5012/3. De privilegiis sacerdotum cf. fr. Vat. 173^a. — 3) Passiva. Cf. infra N. 5186 not. 4. — 4) Dentatis. Cf. supra N. 399. — 5) Cumis cum praetores fuerint, non duumviri, lapidem Cumanum esse non crediderim. — 6) Locus datus decreto decurionum coloniae Iuliae (Momms.; similiter d. d. c. l. est in titulo X 3705 prope rudera Cumarum reperto).

5055¹ | [curatori kalendari] . . . iani quod mera fide adm[nistravit eodemque tempore] cur. Portensis kal., quod singulari | [diligentia tractavit,]laudabili munerario qui indulgentia² | [sacra cum munus ex]hibuit, illut meruit optando quod volui[t | et universis civibus e]ditionem gratissimam reddidit, quod die[bus . . . populum per multa]s horas theatri voluptas tenuit et hilaris | [totus in harenam inde a m]eridie transiit; in qua miratus honestissimum | [apparatum instructum omni] genere herbariarum et numerosas orientales | [bestias versatusque inde a] meridie in utriusque caveis varis missionibus | [delectatus est³, idemque ex